

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 2465

**Auteur(s) :** Jean de Roncey, fils de Richard de Rabec [prêtre]

**Bénéficiaire(s) :** Coutances (hôtel-Dieu)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1257, avril

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Vente faite en 1257 à l'Hôtel-Dieu par Jean de Roncey, pour 40 livres tournois, d'une rente annuelle de dix quartiers de froment à Roncey.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Le Cacheux Paul, *Essai historique sur l'Hôtel-Dieu de Coutances*, l'hôpital-général et les Augustines hospitalières depuis l'origine jusqu'à la Révolution avec cartulaire général, Paris, Picard, 1895-1899, 2 vol., t. 2, n° LXXII, p. 58-59.

## Dissertation critique

Cet acte est connu par un vidimus du vicomte de Coutances en mai 1329.

Texte établi d'après a

Noverint universi presentes et futuri quod ego Johannes de Ronceio, presbyter, filius quondam Ricardi de Raabec de Ronceio, vendidi et concessi finaliter priori et fratribus domus dei Constanciensis, pro quadraginta libris Turonensium, quas propter hoc ab eisdem recepi, scilicet decem quarteria frumenti ad mensuram de Ronceio, anni redditus, ad festum sancti Michaelis, quem redditum eis assignavi in toto tenemento et feodo meo quod teneo et habeo et ad me potest et debet pertinere, in parrochia de Ronceio, seu extra, ex quacumque occasione et ratione, in masuris, domibus, terris, redditibus, hominibus et in omnibus aliis rebus, percipienda et habenda et reddenda in perpetuum de cetero annuatim, libere pacifice et omnino quiete, predictis priori et fratribus suisque successoribus, per manum mei et heredum meorum, seu quorumcumque tenentium predictum feodium et tenementum meum, ab integro et plenarie, [cum] juris, domibus terris, redditibus, hominibus et omnibus aliis rebus que ad hoc eis specialiter obligavi et ad faciendum ibidem, ubicumque sibi expedire videant, sine contradictione alicujus, suam plenariam justiciam, pro predictis decem quarteris frumenti, nisi forte eis annuatim ad predictum terminum libere redderentur ; Ita quod ego seu heredes mei predictum tenementum meum et hereditagium nulli alio de cetero obligare poterimus seu amplius onerare, nisi salvo omnino jure predicto eorundem prioris et fratrum, specialiter obligo et volo teneri in perpetuum obligatos, tenemur dictis priori et fratribus suisque successoribus in perpetuum hec predicta omnino garantizare, deliberare et acquitare penitus contra omnes bona fide vel alibi in proprio hereditagio nostro, quod ad hoc ubicumque sit ex nunc obligo, valore ad valorem excambiare, si forte garantizare non possemus. Et hec omnia juravi, tactis sacrosanctis evangelii, me fideliter servaturum et quod de cetero contra

non veniam ullo modo. In cuius rei testimonium perpetuum et munimen, presentem cartam sigilli mei munimine  
roboravi. Actum anno gratie M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> quinquagesimo septimo, mense aprilis.